

SCRIPTA

Numéro Scripta : 5922

Auteur(s) : Jean, Évreux (évêque)

Bénéficiaire(s) : Muzy, Notre-Dame de L'Estrée (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1183-1192]

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Jean, évêque d'Évreux, notifie deux donations faites à l'abbaye de l'Estrée par Guillaume des Fumeçons et Reinardus Primus.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Combalbert Grégory, *Actes des évêques d'Évreux (XIe siècle-1223)*, à paraître sur E-Cartae([lien à venir](#))

Texte établi d'après a

In nomine sancte et individu# Trinitatis, ego Johannes Dei gratia Ebroic. Episcopus notum fieri volo, tam presentibus quam futuris, quod Willelmus de Foumucun, cum uxore sua Colmba et filiis suis Roberto et Ricardo, heredibus suis ; et Gilebertus de Avirun, cum filio suo Willelmo, concedente domino suo Petro de Donjun, dederunt ecclesie Beate Marie de Strata et monachis ibidem Deo servientibus totam partem terre sue, quam apud Stratam possidebant, libere et quiete, in perpetuo possidendam, tali conditione quod predicti monachi, singulis annis, reddent eis octo sextarios mediationis, quatuor annone et quatuor avene, ad mensuram Drocensem, medietatem silicet Willelmo de Foumucun et heredibus suis, et aliam partem medietatem Gileberto de Avirun et heredibus suis, circa festum omnium sanctorum ; in presenti vero dederunt eis prefati monachi undecim libras andegavensium, et Roberto filio Willelmi viginti solididos, pro concessione. Reinardus Primus vero, concedente Ydoria sorore sua, et Simone et Ehernulfo nepotibus suis, se ipsum prefate domui dedit, et medietatem terre sue, concedente hoc Petro de Donjun domino suo, et Willelmo de Foumucun ; dominus vero Petrus, pro concessione harum partium, exceptis aliis beneficiis, habuit LX solidos ; predictus vero Willelmus de Foumucun, XX solidos ; et hii omnes participes beneficiorum domus prefate amodo computati sunt. Testes vero sunt Rotrodus decanus Ebroicensis, Hubertus archidiaconus, Hugo Bordel, Robertus de Becco, Paulus clericus decani, Rogerius clericus Seherii de Quincim, Tomas Ferrant, Ricardus de Turvilla, Regenaldus Mansal, Hugo Bovenel, Gillebertus de Urcurtilla, Osulfus Mangnus, Nicolaus de Aunello, Hugo de Keretun, Herbertus de Mainil, Hugo de Stratis et Hennricus frater ejus et alii quam plures.